14

PASSIO
DOMINI NOSTRI
IESV CHRISTI
Melodrama Rythmometrum.

AVCTORE

IOANNE ANTONIO MAGNANI
CANONICO

Muſicis elaboratum modulis.

A DOMINICO ZAZZERA
Baſilicæ S. Mariæ in Tranſtyberim,
ac Seminarij Romani
Phonaſco.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO ...

ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apoſt. 1689.

Superiorum Licentia.

Digitized by Google

INTERLOQVTORES.

Virgo.
Ieſus.
Iudas.
Petrus
Pilatus.
Milites.

Digitized by Google

Vir. NVnc magis æterni dum feruent corda creantis,
Et noſtri geniti viſcera torret Amor
En vbi conſurgunt pingues de palmite fructus
Atque olea eſt vento deagitata leui
Perfide tù nimium ſtimulis agitatus auaris
Pignora me miſeram Proditor ecce tradis:

1 Membra Ieſu, nunc, iucunda
Sanguinoſa lambit in vnda
Et ſeuero quoque compedes
Eius lingunt manus oſculo

2 Magis viget flamma Amoris
Scatet liquor dum cruoris;
Ac vt lauet mundi maculas
Totum fundet Clemens ſanguinem

Ieſ. Et feriunt pectus Iudas tua crimina noſtrum?
Et cor corrumpit tam rea culpa tuum?
Siccine naſcuntur tormenta fidelibus ipſis?
Sic Amor iniuſta cuſpide corda ferit?

1 Spicula currite
Impete celeri
Noſtrum precordium
Aſpero vulnere
Confoſſum ſit

2 Torqueor aſpera
Pœnæ clementia
Et meis viſceribus
Maius incendium
Amoris ſit
Tormenti amans viror

Miti crucij licentia laboro
Amabilis pœnarum ergo furor
Tu ne parcas exoro.

1 Dum amoris à flamma pacata
Sunt pœnarum procellæ ſubortę.
Nil piget ſi fluctus
Cruoris, & luctus
Conducat ad fata
Et mergat in morte:

2 Iam in vndis immerſæ cruoris
Mentis meæ feruores augentur,
Nec agitor metu,
Nam ſanguine, & fletu
Mei ſites amoris
Fortaſſe extinguentur.

Iud. Ecce iam redeo
Miſer ab opere
Decepi ſtrepitu
Æris leuiſſimo
Auarum cor,
Et nimis impius
Sum præceptoris inquinatus ſanguine.

Ieſ. O amor tela dirige
Ad hoc noſtrum tù cor chare transfigas,
Sed velox tù tormenta duc ad me;
Si mihi atrocia
Amor martiria
Afferre vis,
Quam ſunt velocia

Hæc mea ſuſpiria,
Tam velox ſis.

Iud. Borea citior
Fulmine promptior
Me tradam laqueis.
Rapidus tù peccantis
Ad necem age ò pes
Dum tantùm eſt crudele
Meum crimen infidele
Ne cordi eſt pęnatis
Exigua quidem ſpes.
Leuis, & quæque mora
Ingens affert tormentum
Nàm ſpes eſt deſperandi irritamentum.

Ieſ. Mater chara
Tua pupilla ſit auara
Nunc in te
Adhoc natum tù ſoleris
Ne mireris
Mater me.

Pe. 1 Quæ græſſu celeri
Carpis itinera
Amice mi.

Iud. 2 Nunc meus animus
Angitur aſpera
Peccati vi.

Pe. Furoris peccantis
Sit plenum, & pectus
Quid Ieſu pęnantis
Deſperas affectus?

Iud. Acriter illi
Pectora torquebit
Paſſio, quæ prouenit
Proditione Apoſtoli,
Placet humanum
Soluere ſtipendium
Laqueo, ad hoc debeam
Me condemnare incendijs?
Acria hæc furoris
Tela ſunt etiam chara,
Ne mihi ſit auara
Pęna, Inferi in me ruant iræ ardoris.

Pe. Crimine infando facinus ineptiùs
Priori malo opus eſt peius iſtud.

Iud. Quid mihi? ſi iam fluxit animus ad crimina.

Pe. Crimine præſenti tantùm tua crimina creſcunt
Non fugiet crimen ſpes inopina tuum.

Iud. Spem tollit à me Lex

Pe. Sed pius eſt Cęli Rex.

Iud. Peccati infandi vigor
Nimis concultat me,

Pe. Offenſi Dei, ſed rigor
Sæuius oſtendet te.

Iud. Fall eris, ò Cephas nam à iure
Fiunt culpæ magis duræ;
Moras parco Amicitiæ
Linquas animi mei linquas furorem
A me demum iniuſtam ſpem eripiam
Immo peccati, vt iugulem horrorem

In-

Interim præceps fata mea ſuſcipiam.

Ieſ. 1 Quam animæ meæ
Morantur dilectus,
Dum tenent meum pectus
Hæ mortis Ideæ
2 Idcirco pupillæ
Vertuntur in luctus,
Et lumina, mille
Abſorbent iam fluctus.

Vir. Cur parcis lachrymis tanti dum es cauſa doloris?
Filius; at quiſnam compede ſtringit?

Ieſ. .... Amor.

Vir. Non lachymis flamma tantum, ſed veſcitur ille,
„ Nec benè conueniunt ignis, & vnda ſimul.

Ieſ. Amantis à pupilla
Dum planctus cadit ſtilla
Quæ eſt pœnarum ros
Videtur tunc ab illa
Nutriri amoris flos.
Sic amor oppreſſit, planctus me, vt molliat vnda
Ergo conueniunt ignis, & vnda ſimul.

Vir. In tormenta tu cęli es, ò Rex

Ieſ. Sed eſt pulchra mei cauſa doloris.

Vir. Iudæorum te feriet Grex.

Ieſ. Dulce mihi eſt tormentum Amoris.
Sile dilecta ſile ad hoc, vt meum,
Tu ſoleris dolorem
Pectora dum in ſe ſentiunt amorem

Extinguere tu fletu nolis eum.

Vir. Valde ſegnis quare ò Mors.

Ieſ. Non fregiſti dies meas?

Ieſ. Quæ nam ratio eſt vndè fleas?

Vir. Natus cruor, Paſſio, & Sors.

Ieſ. Pęnis, cruore, & ſorte ego ſum maior.

Vir. Me reddes miſeram

Matrem tù fili.

1 Quam horreſcit concinnitas vultus,
Et in genis liuores naſcuntur,
Ac ſpiritui membrorum inſultus
In pęnantes fortunas vertuntur.

2 Pulchræ frontis argentum amænum
Mixtum ſanguinis iacet Piropo
Hebræorum, & pecus obſcenum
Tuam miratur ceruicem pro ſcopo:

O me infelicem,
Quam nate feris!
Turpis immunda
Cruoris in vnda
Tui Ieſu efficior,
Et rubro ab humore
Profundo in dolore
Infelix proijcior.

Ieſ. Linque lachrymas.
Luceat Pietas
Erga filium;
Siſte igitur,
Et ſilentio

Fo-

Foue animum

Vir. Ieruſalem crudelis

O quam affligis me ?

Ie. Tu dulcis & crudelis

Mederis, quando vulneror à te.

Vir. OB crimen tumidus Populus mi Nate ſuperbit ;
Poſteà tanto humilis crimine Mater erit
Crudele (ò dulcis) crucium mea viſcera geſtant.
Funera naſcentur. Sed morieris Amor:
Pacto eodem quo planctus ab vnda
Mei doloris luceſcit profunditas
Ita luctus ſum modo infœcunda
Quod tui ſanguinis rorat fœcunditas.

Ie. Mater abi miſeram noſtramque abſcondere pœnam
Tormentis pondus ſic minus eſſe ſolet
Hæc pœna incaſſum lachrymis concedit habenas.
Funera naſcentur, non morietur Amor
Pacto eodem quo primùm dolores
Tracti ex culpa à meo corde fuerunt:
Nazareni ſic munera erunt
Ab opprobriis extrahere honores.

Pe. Magiſter te vbicumque ſequar ego

Ie. Quid tam es promptus ?

Pe. . . . . . . decet eſſe talem

Quod ſi promptus non animus
Eſſet (Rex Poli) noſtrum:
Deſideraret fides pectus.

Ie. . . : . . . . . tamen

Me

Me ter Petre negabis.

Pe. In me permanet amor Dei
Sum ſequutus diſcipulus te
Fidi ergo ſpiritus mei
Te negabunt? Abſit à me.

Ie. Verbi fæminei Reus
Eris ò Petre dum languebit Deus:
De paſſione noſtra
Sæuior adeſt hora;
Ad Pontificem ecce interim vado
Vt mundi labes ſoluam
Ac à pęnis diſſoluam

Pe. 1 Seruatoris pęnantis inuitus
Dum cor meum compoſuit fidens
Muliercul æ eneruans, & ridens
Aucupabit meas aures garritus?
2 Nazareni dum funere ſolum
Debent Mundi facinora tolli
Ego potero facili, & molli
Mente, fęminæ exugere dolum?

Ie. O ſæua moræ pietas
Quid mors igitur agis?
Amantem cordis plagam
Quis me debitur heu? Tu ſola impietas:
Moriatur Ieſus,
Ad hoc ſanguine eius
Mundi macula tantum dealbetur
1 Nec vigor à corde
Amoris radetur

Cruo-

Cruoris à ſorde
Si Ieſu obumbretur
2 In pectore amantis
Vt creſcat tormentum
Sit Ieſu pęnantis
Nunc pectus cruentum
Quamquam impetus mei
Amoris,ferat fatum
Odio ſit imputatum

Vir. Sæua quam meum obſcurat cor
Paſſionis nox.
Mentis perpetui angores
In mortem ducant me;
Sed pateant mei mœrores,
Et ſemper fleat mea vox.
Fletus aqua ſi rumpit
Vitæ ſtamina, mors amæna fit.
1 O ſtillæ
Pupillæ
Precor vt noſtrum cor ſoluatis vos
Nam affectus
Noſtri pectus
Tunc cædit, quando planctus fluit ros.
2 O fletus
Es lætus
Semper lugendi à te ſi veniet ſpes
Nam tormentum
Magis lentum,
Tunc erit quando tu rapidus es.

Ie.

Ie. Miles afferas citus
Me à Caipha ad alium præſulem, nam illi
Vita tradita eſt mea
Pe. Longe à Ieſu ſuaui nunc eo,
Et eius funera
Forſitan munera
Fidei, corde firmabunt in meo.
Miles quantùm
Sæuit færus
Ie. 1 Ille Ieſus, qui inter viuacem
Turbam preſſit iam palmas regales
Nunc quia eſt inter turbam pugnacem
Metit ſibi Cupreſſus mortales
2 Amor noſter non ergo morietur
Modo Ieſum ſi Turba tu feris
Noſter magis affectus augetur
Quia mors pœnis indulget ſeueris.
Pil. Caiphas iſtum
Eijcit virum,
Cuius expoſcunt
Vitam Iudæi, & clades exquirunt;
Sed heu quam violenti rapiunt eum?
Pe. Dum Rabbi dulcis trahitur
Ad Pilatum, hic maneo;
Pil. Nullo crimine eſt reus,
Sed gentes mortem
Eius ſæuæ requirunt,
Quod peragere oportet
Edocet Romæ ius; ſed moriatur,

Ne

Ne in iram Plebs trahatur ;
Heu innocenti
Frangatur ius, vt aduletur genti :
1 Præcipites & færæ
Vos tubæ reboetis
In hoſtem hunc pugnetis
2 O copiæ ſeueræ
Nunc fiſtulas ſonantes
In eum ſuſcitate
Vigores excitate
Vos milites clamantes
Dulcem in Virum cuncti ergo irrumpatis
Mitem inermem, rectum, ideo miſerum.

Mil. Trucidemus
En habemus
Noſtrum Regem
Sæuiamus
Vt premamus
Nouam legem

Pe. Miſer Ieſum negaui
Oſtiaria timore
Pectus meum inquinauit infidele,
Et eius nunc lacertos
Dilaniabunt Crux, Ictus, & Claui ?
Miſer Ieſum negaui
Vertantur mei frontes
Irriguos in fontes
Mors ſuane ſit mea mors
Semper ſi largam

La-

Lachrymam ſpargam
Quoque crimen erit ſors.

Pil. In Ieſum ergo ſæuæ
Eatis gentes, vt is miſer cadat
1 O milites ite
Veloces ardentes
Et cuncti furentes
In Ieſum ſæuite
2 Irruite lætæ
O turbæ bacchantes
Et eum lacerantes
Furorem implete

Mil. Trucidemus
En habemus
Noſtrum Regem
Sæuiamus
Vt premamus
Nouam legem

Pe. Cadit cedit, moritur, nec ego
Morior, cedo, cado?
Supra Crucem erigitur, ò Ieſu
Salue, & ò Præceptoris
O ſummus Amor ſalue, ad fletus vado.

Pil. Iam pius occubuit Ieſus,
Sed mihi etiam blanditur eius fatum
Dum gentes functæ ſunt ſua voluntate
1 O ſors, cui ſemper frangere
Noſtras arridet ſpes,
Quæ vteris furore